

21

D. F. G.  
 DISSERTATIO ACADEMICA  
 Q[UA]D UTILITATEM Q[UA]D  
**MONTIUM**  
 IN ECONOMIA  
 EXCUTIENS,

CONS. AMPL. FAC. PHILOS. IN ACAD. AURAICA.

PRÆSIDE

**D: NO PETRO**  
**KALM,**

ECON. PROFESS. REG. & ORD.


Reg. Acad. Scient. Holm. nec non Societ. Lit. Upf.  
 MEMBRO,

*Bonorum disquisitioni submittit*

JAHANNES J. WASANDER,  
 NYLANDUS,

In Aud. Majori Die VI. Maji. Anni MDCCCLXI.

L. H. Q. A. M. S.



ABOÆ, Impress. JOHAN CHRISTOPHER FRENCKELL.

VIRO MAXIME REVEREN-  
**D<sup>:NO</sup> CAROLO**

S. S. Theol. DOCT. Log. & Me-

Nec

Ecclesiæ Pemar. Pa-

MÆCENATI

Q Uod.

Vir. Maxime. Reveren-

Philyras. Has. Incomtas. Au-  
Rationes. Ad-

Ni-

Ut.

Venerationem. Atque. Pietatem. Devotissi-

Quam. Hucusque. Silentio. Religioso.

Adspi-

Humilli-

Hasce. Lineolas.

Quanta. Animi. Devotio-  
Perman-

**NOMINIS. TUL.**

Devotissimus.

**JAHANNES. J.**

*DO Atque CELEBERRIMO*  
**MESTERTON,**

*taphys. PROFESS. Reg. & Ord.*

*Non*

*stori Vigilantissimo*

**OPTIMO.**

**TIBI.**

*de. Atque. Celeberrime.*

*fus. Sim. Sacras. Facere.*

*sunt. Gravissimæ.*

*mirum.*

**TIBI.**

*nam. Quamvis. Balbutiens. Declarem.*

*Animus. Involvit. Venerabundus.*

*cias.*

*mus. Rogo. Tanto. Favore.*

*ne. Eas. TIBI. Offero.*

*furus.*

**CELEBERRIMI.**

Cultor

**WASANDER.**

INVENTOR

JAHANS

editor

JAHANNES J. WASANDER.

Kongl. Maj:ts  
Tro-Tjnarre och Capitain vid Nalindsta Re-  
gemente tillf. set.

Den Högadle Herrn/  
**Herr FABIAN**  
**NIRBERG,**  
Höggunstige Gynnare.

Önskan af Edart stora ädelmod / hjel-  
samma sinne samt många andra ogeme-  
na egenkaper / hvarmed Eder wärda Person  
är begåfvad ; men förnämligast af det oäliga  
Goda jag i Edart förnäma Hus haft förmögn  
at åtnjuta / gjör at jag vågar i ödmjukhet  
tillstrifwa Edart lysande Namn dessa omogna  
rader / med hertinnerlig önskan / det täcktes All-  
mackten bekröna Eder med all den sällhet / som  
J kunnen Eder önska ; hvarunder jag med Djup  
vördnad Framhärdar

Högadle Herr Capitainens

ödmjukaste Tjnarre,  
**JAHANS J. WASANDER.**

VIRO Plurimum Reverendo atque Praclarissimo;

# DOMINI MAGISTER MATTHIE LÆNGMAN,

Pastori Ecclesiarum, quæ in Lojo Deo colliguntur, Vicario,  
Fautorí quovis honoris cultu prosequendo.

OMNIS HONOR

**S**i quis unquam erga benefactorem fovere animum debet gredi-  
tum, certe mihi ita incumbit, in quem tanta beneficia, &  
TE, Vir Plurimum Reverende, sunt profecta, ut iisdem etiam e-  
numerandis vires meæ plane sint impares. Nam, cum adeo curta  
mea esset supellex, ut vix ullam spem mibi reliquam viderem; TUA  
Vir Plurimum Reverende, motus misericordia, non solum virtutem verum  
etiam amittit, & non minus continuis quam saluberrimis admonitionib-  
us adfulti, que omnia oculis meis animoque perpetim obversantur.  
Non itaque mireris, quod ego exultans & laetus occasionem hanc arris-  
piam, pia mentis motus, dñs in animo reconditos, publice testatos redi-  
endi. Accipias, Vir Plurimum Reverende, pagellas has, rudi-  
quamvis Minerva elaboratas, quas TIBI consecratis votui, cew-  
intima venerationis meæ indices. Sit vita TUA, Vir Plurimum  
Reverende, jacunda & incolunis ad ultima usque mortalitatis  
tempora, in Ecclesie emolumentum, Tuorumque solarium & gau-  
dium! Sic ex intimo mentis affectu vobis quoad vixero.

Plurimum Reverendi atque Praclarissimi

NOMINIS TUI

cultor humillimus

JAHANNES J. WASANDER.

Perquam Reverendo atque Clarissimo VIRO,

DOMINI JOHANNI  
REIMLIN,

Sacellano in Lojo Meritissimo,

FAUTORI OPTIMO.

**Q**uem beneficia illa plurima, quibus, Fautor Optime, sere ab ipsis incunabulis me cumulare haud deditnatus es, recordor, dolore afficiar haud parvo, cum nihil, quod redhonestimenti loco reponere possem, habeam. Qua proter vel praesentem saltem gaudeo occasionem adesse, qua mihi, cum alia desint, obscuras hasce pagellas in animi mei gratissimi tesseram, offerre licet. In his non tam materiam minus bene elaboratam, quam potius offerrentis recipias animum enixerogo atque obtestor. De cetero ex intimo cordis affectu voveo, ut summus rerum Moderator Te salvum & omniugena felicitate cumulatum, ad seram usque aetatem conservare velit. Permansurus

Perquam Reverendi Nominis TUI

NOMEN TUI

cultor observantissimus

JAHANNES J. WASANDER.



erubescere si non ambo obsecrare non ipso punitum est  
-ni & quis obominari non sapientia tua & omnivit 193

## PROLOGIUM.

**N**e vastissimo atque artificiosissimo hocce  
mundi Theatro, in quaecunque ob-  
jecta oculos convertere illaque simul  
adcurata iudicii lance pensitare veli-  
mus, invenimus illa omnia, maxima,  
minima, tam viventia, quam vita carentia, quæ  
structuram heus universi absolvunt exornatissimam,  
et testimonia Creatoris summae sapientiae, potentiae  
& bonitatis certissima, evidentissima. Omnia enim,  
quotquot sunt, cantant & praedicant Conditoris sui  
sapientiam atque bonitatem plane infinitam, & nun-  
quam satis admirandam; certoque moto inserviunt  
hominibus, quia cum horum felicitate promovenda,  
coniunctissima est gloria Divina illustranda amplifican-  
daque. Hinc necessum est, ut inter res creatas har-  
monia inveniatur inquit feustra creatum sit, quod  
& experientia uti luculentissima, ita & iniquavis  
terrarum parte obvia, misifice confirmat; quippe,  
quæ res creatas ita inter se connexas nobis fisti-  
ut una alteri concatenato quasi ordine conducat, &

A

omnis

sup

omnes in fine communi obtinendo, hoc est, in perfectione hujus univerſi absolvenda, felicitateque generis nostri augenda, favissime & stupendum in modum consentiant & veluti confluant. Sed quamvis res ſeſe ita habeat cum toto hoc universo, nihil tamen minus haud parvus homuncionum numerus invenitur, qui non erubescunt impie contendere & vesano oris hiatu eructare, multa inveniri, & inter viventia & vitæ expertia, quæ non tantummodo ſunt inutilia, verum etiam noxia hominibus, confuſionemque rebus inferentia. Inter hæc ſi non primum certe nec ultimum ſibi vindicare locum montes balbutiunt, qui tamen toti generi humano tantam præbent utilitatem, ut vix & ne vix quidem illis carere poſſemus, ut ex dicendis ulterius patebit. WODWARDUM tantum ex hujus impiaſ vesanæque ſententiæ commendatoribus, nominasse ſufficiat, cujus verba DERHAMUS vir eruditione conſpicuuſ in Phys. Theol. pag. 105 citavit, que ira audiunt: Berg och Högar åro det största prof-  
"wet af oordning och et toutt wåſende: de hafwa  
"hwarcken gestalt / skjönhet / ordning eller ſtück / åf-  
"wen ſå litet / ſom ſcharna i luſten hafwa den al-  
"dra minſta proportion på de delar / hwaraf de be-  
"ſå / ſå at man kunde ſluta eller ſåga / det de til  
"den eller den affichten ſå gjorde åro: där är då ej  
"den aldra ringaſte wiſhet eller konſt att ſkjönja. Sed,  
quis non videt ejuſmodi & ſimiles locutiones eſ-  
ſe nugas & maxime impias, ortumque ducentes-  
ſuum, aut a malitia aut ex ignorantia, aut ex utra-  
que

que simul; quamobrem etiam a viris meliora edo-  
etis & a partium studio alienis, justam tulerunt re-  
torsionem. Nos etiam hac occasione operæ pretium  
judicamus nonnulla proferre de utilitate montium  
in Oeconomia, quantum brevitas, quam nobis pro-  
posuimus, tenuitasque virium permittit, & ostendere  
illos non esse inutiles acervos, prout impie de  
illis delirant. Quod, si, Candide Lector, qui juve-  
nilis conditionis nonnescius es, hoc nostrum pro-  
positum, licet tenui peridens filo, adprobaveris, e-  
rit, de quo impense nobis gratulamur.

## §. I.

**N**Emini, quid hic per Montes intellectum veli-  
mus, quum ignotum esse possit, quoniam rari  
non sunt, verum ante oculos omnium quotidie ja-  
cent, silentio, brevitati litantes, illorum descriptio-  
nem præterimus, nosmetque proprius ad propo-  
situm accingimus. Totus hic rerum ambitus vivi-  
dissime ob oculos ponit sapientiam Divinam, ita  
res hasce creatas disposuisse, ut una eademque res,  
non una aut altera, sed multiplici ratione finibus  
Divinitus intentis inserviat obtinendis. Quod uti  
de reliquis ira & de montibus valere multiplex lo-  
quitur experientia. Primum, quod in his attentio-  
nem meretur nostram, est ipsa *altitudo*, quæ licet  
in variis sit varia, ad finem tamen communem  
eundemque gravissimi momenti, suo quisque modo  
mirum quantum confert. Sunt hortum haud pauci  
tantæ altitudinis, ut fere ad tertiam pertingant at-  
mosphæræ

mosphæræ regionem, quemadmodum nonnulli arbitrantur, Vid. WARENH *Geograph. General.* pag. 99. extenderentes se per varias mundi partes, in quo eo maximam nobis præbent utilitatem, quod scilicet avertant atque impediant a nobis frigidos ventos in tempore hiemali, qui sunt ex frigidioribus mundi partibus, Vid. DERH. *Phys. Theol.* pag. 103. Hisce enim, si destitueremur, globus noster terraquens fere planus esset, unde sequeretur, ut ventus sive aëris motus multis nominibus grandior foret, & consequenter non inclemencia solum & vis frigoris intolerabilis esset, verum etiam ædificia, arbores, si quæ forent, animalia & homines vehementia venti fere penitus destrueret, ita ut globus noster terraqueus potius theatrum miseriae, quam habitaculum viventium repræsentaret, quia montibus proscriptis, nulla haberemus munimenta, reliqua, quibus impetum ventorum sœvientium repellere atque obtundere possemus. Tota œconomia fere esset in multis locis svave quoddam somnum & figuratum in cerebro tantummodo existens. Hinc jam facile est intellectu vel nobis non monentibus, quot & quibus malis magna pars generis humani involuta esset. Nam quamvis ventus non tanta vi in globum terraqueum sœviret, ut omnia penitus everteret; œconomia tamen nostra, multis in orbis partibus si non plane nulla, certe miserrima foret; qua non tantum habitacula nostra ob majorem frigoris vim, majorem requirerent multitudinem lignorum ad calorem, valetudini nostræ convenientem,

COP

conservandum, verum etiam necessaria legitimaque nostra itinera libere haud semper possemus disponere propter immanitatem frigoris. Bruta animantia, quibus opus habemus, vix & ne vix quidem perfistere possent. Ut plura raceamus incommoda, Quid de incolis Lapponiae sentendum est, qui se nunc pellibus Rangiferorum aliorumque animalium conservant, an & quomodo tunc possibile foret illis sine maxima difficultate degere vitam? hancce rem illis penitus relinquimus considerandam, qui animatum præjudicatis opinionibus gerunt vacuum.

## §. II.

**S**ed quanta utilitas montium in tempore sit hic malum, quam leviter in hi superiori attigitus, tanta quoque est in æstivo, quemadmodum facilime deprehendetur, si modo res æqua iudicij trutina persinetur. Quod calor generationem omnium rerum, quæ in hominum præparantur usum, promoveat, est veritas, de qua nemini ansa prædetur dubitandi, quia quotidiana experientia hoc satis superque ob oculos ponit. Sed quis est, qui non videat calorem hunc in regionibus longius ab æquatore distantibus fore plane insufficientem ad producenda maturandaque omnia vegetabilium genera inter illud temporis spatium, quod brevis nostra æstas, & illam sequens rigor autunnalis requirunt, hac in nostra terra temperata, in quam sol tantum radios emittit suos oblique, si montes a manu creatrice ordinari & creati non essent, qui calorem huncce supercup

multum in modum augent, in eo, quod ita refle.  
 Etant a se radios solares, ut in locis subjacentibus majo-  
 rem excitant calorem, hoc est, radios solares, qui alio-  
 quin intra sphaeram telluris non subsisterent, sed in ex-  
 pansum transvolarent, ut diutius remaneant in locis  
 montibus proxime adjacentibus, remorenur; quo ef-  
 ficitur, ut omnes arborum fructus, herbae, flores & fe-  
 getes; & quotquot vegetabilium sunt species eo maturius  
 proveniant, crescant & fructus ferant. Hac de re  
**FONTOPPIDAN**, in *historia Norvegiae* eleganter  
 differit. *Tom. I.* pag. 39. quando dicit: "Die ur-  
 "sache diesen heftigen / obschon nur kurzen zeit an-  
 "haltenen / Wärme im Sommer suche ich theils in  
 "den tiefen Thälern / die mit hohen Bergen umfas-  
 "get sind / insonderheit allhier in Grise Bergen /  
 "Wo die Sonnenstrahlen solcher gestalt zusammen  
 "gepresst und eingeklammert werden das sie endlich  
 "durch die starcke zurückprallung eine solche grosse Hi-  
 "te geben müssen / wodurch / wenn der Sommer ein  
 "wenig länger währete / der Wein und andere Gewäch-  
 "se hierher so wohl / als nördwärts reif und zeitig  
 "werden müsten. Conf. etiam DERHAM. *Phys. Theol.*  
 pag. 208. Quanta jam hinc in oeconomia obtinetur  
 utilitas, in propatulo est. Nam alioquin non tantum  
 nonnullæ vegetabilium species diutius maturecentes  
 in autumnum procederent, (e. g. variæ plantæ e-  
 sculentæ, ut triticum, secale, avena, fagopyrum,  
 hordeum, faba, Zea, Lens, pisum, &c. atque sic  
 frigore autumnali nocerentur, & inutiles redderen-  
 tur priusquam nobis usui alicui esse possent; Linum  
 quoque

quoque nostrum & cannabis, ex quibus vestimentorum genera nobis paratus miserrimum subire fatum cogerentur); verunt etiam haud pauca frumentum genera nunquam maturitatem adsequerentur suam, sed citius seruit in flore suo extabescerent; quippe quorum maturitas promovenda in tempore aestivo non intensiore solum caloris requirat gradum, quam sublatis montibus in regionibus nostris praesertim septentrionalibus haberemus, sed etiam posito casu, de quo loquitur, duplo longiorem astatent, quae tamen impræsentiarum foret multo brevior, utpoté ex rationibus debita scrutinii lance ponderatis supraque iam adlati fudo clarius liquet. Videas incommoda maxima, quae non modo vitam humanam redderent miserrimam, verum etiam sine mora fatale exitium accelerarent.

## §. III.

**S**unt hæc, quæ iam, quantumvis paucissimis, in antecedentibus perstrinximus, commoda ex montibus profluenta maxima, quæ ad montium necessitatem Divinamque in eorum creatione delitescentem sapientiam contra vesanam quorundam hominum licentiant, qua sibi licitum esse omnia Divina irridere opera infelicissimi arbitrantur, defendendam sufficerent; sed non tamen sunt sola, quia sapientia Divina nunquam satis veneranda hisce quoque, ceu medio quodam unico, multiplicem intendit finem, ut supra iam monuimus; Nam, si animum nostrum proprius ad hos penitus pensitandos advertere velimus, comprehendimus sine ulla difficultate maximas divitias in his esse

sb

esse depositas a summo rerum moderatore DEO;  
 puta illa varia metallorum mineraliumque genera,  
 quæ in visceribus atque interstitiis montium mira  
 crescunt abundantia. Quanta horum sit utilitas in  
 oeconomia, abunde vasa seu utensilia. Illa præstantis-  
 sima ex his confecta, aliaque res oeconomiae testan-  
 tar. <sup>sup</sup>Quis negare potest, quin incolarum Regno-  
 rumque maximum consistat robur in auro & argen-  
 to? nonne experientia testatur quotidiana, quod o-  
 mnia, quocunque veniant nomine, pro his vendantur?  
 & ubi hæc desunt, omnia desint? Dic quæsio, qua-  
 lis oeconomiae nostræ facies foret, si solum ferro pri-  
 varetur, certe miserrima & nunquam satis deploran-  
 da, ut prætereamus alia, quæ in plurimorum ocu-  
 lis multis parasangis hoc antecelunt metallum. Quanti  
 pretii gemmæ nostræ lapidesque pretiosissimi sunt, qui  
 etiam pariter ex montibus effodiuntur, alii judicent.  
 Sufficiat tantum verbo indicasse de lapidibus mar-  
 moreis & jaspidibus, ex quibus non solum mensæ  
 & pavimenta ædium pretiosissima, verum etiam  
 ipsæ ædes Regumque palaria conficiuntur. E mon-  
 tibus ope pulveris pyri franguntur lapides in con-  
 struendis ædificiis, templis, arcibus, pontibus, pro-  
 pugnaculis, cellis, sepimentis &c. utilissimi; præter  
 alias innumerabiles usus, quos hi præstant homini-  
 bus. Huc referri possunt magnæ ille salium fodinæ,  
 ex quibus sal purissimum exscinditur, & ad purio-  
 rem substantiam coquuntur. Hem maximæ divitia-  
 ram origines, ex quibus non minus sapientia, quam  
 bonitas Conditoris summi elucescit. Ingeniose hac  
 de

de re ille magnus naturae sororator, URBAN HIERNE  
 differit in utiliori suo stock. vocato pag. 100. <sup>D</sup>icq. sun wäl-  
 schij oop GUD. huter se mäst warney sin pörfta häl-  
 liget. Autem bergen ibo. Dreyen si dico apula. Anq. resat nyl  
 bergen urop fida usciby fullas errectas / neq. life  
 natiug regi latitudinai. <sup>H</sup>oc quoq. in tantum penita  
 verit, non poterit non videre montes esse ipsam  
 quasi animam commerciorum cum extoris exercendo-  
 ram, quod omnia, qd & illa quanta jam inter mor-  
 tales vigent, etius serius in commercio suo, chi tol-  
 lendo vivet illa, praeferentes sufficientia darentur  
 remedia, exstabescere, immo tandem quod ad ma-  
 ximam partem penitus evanescerent. <sup>A</sup>lt hoc  
 scilicet, verum etiam communitas illa inter telluris  
 nostrae incolas pone cessaret, quæ quantum, certi  
 respectu ad modum doctrinam promovendam augen-  
 tamque, & pessimum illam rusticatem, in quam  
 gehus nostrum quasi ulro tuens degenerat, profer-  
 bendam facit, nemoq. nisi inter bestias sylvestres  
 suam dignitatem, ignorans teatim suu somnibus  
 ni milius mox. <sup>V</sup>it audiuntur ni mavis

**E**xcipit jam nostram meditationem illa montium  
 utilitas haud minima, quam nobis praebent in  
 eo, quod in cavernis atque cacuminibus illorum al-  
 tissimis, magna multitudo animalium, volucrum &  
 insectorum habita oula habeant sua utri tuellima, ita  
 jacundissima, quæ alias partim funditus extirpa-  
 rentur proprie invidians illam luxuriam & quasi con-  
 tinuid & inextingibile bellum, quod inter se ge-  
 dunt, si montes non forent, in quibus se infirmio-  
 erint

ra horum festinanter confertunt, quasi in perfugium  
 & asylum suum tutissimum, cum periculum immi-  
 neat illis, partim etiam fame interirent, quoniam  
 in campis & locis aliis ejusmodi grama & alia  
 esculentorum genera non inveniuntur, quibus ve-  
 scerentur, qualia in montibus: Sic etiam alpes Lap-  
 ponicæ æstate refugium sunt Rangiferorum ab  
 insecto, Oestro Curbma dicto, vexatorum. *Vid. Hi-*  
*storiam animalium.* HIERNES flock pag. 197.  
 DERH *Phys. Theol.* pag. 109. Quantum emolumen-  
 ti hæc omnia adferant in œconomia, incredibile est,  
 nec crediderim aliquem, nisi talpa cæciorem, igno-  
 rantiæ ita indulgere suæ, ut hoc non videat. Nam  
 ex pellibus horum animalium pretiosissimis non so-  
 lâm vestimenta conficiuntur pulcherrima, verum et-  
 jam multum ad florem conducunt commerciorum.  
 Carnes tam animalium plurimorum, quam vo-  
 crum sapidissimæ sunt ad victum; intestina & multa  
 alia in his esse remedia optima contra morbos  
 gravissimos, unanimiter concilant Medici. Plumæ  
 avium in montibus habitantium et jam in œcono-  
 mia maximi sunt momenti, & quamvis multi mon-  
 tum incolæ videantur esse inutiles, & nullam ad-  
 ferre utilitatem immediate, tamen hominibus inser-  
 viunt mediate, sic E. g. vermiculus muscæ, musca  
 volucris & volucris nostra fit esca, & ita in aliis.  
 Attamen negari non potest, quin hæc adhuc no-  
 bis majorem adferrent utilitatem, si his solum re-  
 ste uti sciremus, & bene attenderemus ad hæc,  
 quibus a summo rerum fatore creata sunt, quod  
 utique

utique fieret, si melius historia excoleretur natura-  
lis. Præterea alunt etiam montes infinitam prope  
copiam plantarum varii generis, tam in Oecono-  
micas quam Medicis utilissimarum, quæ aliis in lo-  
cis vix, ac ne vix quidem feliciter crescerent: qui  
Summi sæculi nostri Historici naturalis, nobiliss. D.  
D. Archiat. LINNÆI Floram Lapponicam, Ma-  
gni Lib. Bar. HALLEÆI Stirpes Helveticas, alios  
que vegetabilia alpina enodantes evolvit, veritatem  
asserti plus satis videbit; minores montes suas etiam  
amant stirpes: vitis vinifera plerumque montosis  
delectatur; sic etiam aliæ.

§. V.

**P**orro tacite prætereunda non est illa montium utilitas, quæ elucescit in eo, quod suppeditent nobis illud necessarium utileque elementum aquam, & quod etiam impedian, ne abundantia sua totum globum nostrum terraqueum inundet atque submerget. Nam quanta quanta quoque sit utilitas necessitasque ejus, tanta & tam nociva est ejus præmagna abundantia. Utrasque has haberemus incommoditates sine montibus. Quod res ita fese habeat, ex sequentibus patebit. Nam si nulli jani essent montes, terra nostra fere plana esset, quod jam supra in § prima asseruimus, & consequenter unus quisque locus simili jaceret distantia a centro terræ. Hinc omnibus, a veritatis tramite non deflectentibus, facile est intellectu, aquam pluviale & a nive resolutam, totam tum obruituram esse terram, cum ejusdem sit indolis & a dextera Omnipotentis

D II C

ita ordinata, ut æquor ad alia corpora se versus cen-  
trum tendat idque appetat, hoc est, fluat ex locis  
elevatis & altioribus ad loca humiliora seu propria  
centro; sed loca humilia ei & depressa sublati  
montibus non forent, quod ex adlati non liquet. Con-  
cine itaque haec de rei loquitur DERHAM. in Phys.  
Theol. pag. 113 cum dicit. En om jordenes yttra-  
fält wore aldeles jämt och slätt / samt dygorna jämt-  
te fasta landet ej / som de nu åro / upphögde och  
bergige / så kunde utan twifvel båckar stömmar  
och floder inter utsal / och vatnet intet utlopp haf-  
wa / utan istället / at de nu i anseende til angens-  
me upphögde backar och berg / sgenom hela landet  
gåst til havvet sitta af och falla neder / näste de stå-  
tilla och til åfventurs blifwa stöckande / ja / och lan-  
det påfver alt betäcka och påfverflöda. Sed  
e contrario videmus nunc globum nostrum terra-  
queum ita comparatum esse, ut loca omnia, quo  
remotiora a mari, eo etiam sint altiora, ut aquæ eo  
facilius & sine impedimento perget & præcipitet se  
in mare, adeo ut terminum, quem Dominus ipsi  
posuit, transire non possit. Psalm. CIV: v. 9. Hinc  
jam unicuique fano rerum scrutatori, non solam eli-  
cescere existimaverimus utilitatem montium in oceo-  
nomia esse maximam, verum etiam occasionem fe-  
licissimam venerandi devota mentis pietate SUMMI  
NUMINIS opera, quæ investigabilia sunt, ion-  
geque conditionem transcendunt humanam. Sed prout  
ex dictis jam adparet, montibus esse adscribendum id,  
quod aquæ totum hoc universum, & quæ in illo  
sunt

Sunt non submergant, ita & illis est adserendum  
 illud, quod aquæ dulcis puræque tantam habeamus  
 copiam. Hic non tantum intelligimus aquam filivi-  
 alem, que etiam est bona & salubris propter mo-  
 rum suum continuum, quæ alloquin putreficeret &  
 inutilis redderetur, verum etiam aquam fontanam,  
 quoniam fontes fere omnes ortum dicunt suum ab-  
 illis. Non tamen ignoramus Philosophos varias fo-  
 vere sententias de origine fontium, sive unde ori-  
 tur aqua, quæ ex fontibus profluit. Alii enim ex-  
 stimant non esse quærendum unde illa fontium aqua  
 oriatur, quoniam aqua sit elementum, non minus  
 ac terra, aër & ignis; de quorum ortu non quæri-  
 tur; at illi gladio nondum nodum Gordium dis-  
 secare videntur. Non enim quæritur, quomodo  
 existat aqua, sed quomodo ad loca fontis forman-  
 tia, & non ad alia perveniat. Alii probare contan-  
 tur aquam fontium generari ex aere, in terræ vi-  
 sceribus contento. Alii statuunt terram, quicquid  
 aquarum ex ostijs fluviorum in mare emisit rursus  
 accipere. Occulto enim itinere aquam maris subire  
 terras, & in transitu per multipliæ anfractus ter-  
 rarum, verberatam, & per arenas atque argillas co-  
 latam deponere salsedinem amaritudinemque, & sic  
 in sincerant & puram tranfire aquam. Dicunt ter-  
 ram arenosam, limosam, argillaceam & spongio-  
 fam imbibere aquam & per continuationem terræ  
 ad longam a mari distantiam paulatim deducere, u-  
 bi tandem guttulæ coeunt præsertim in angusto lo-  
 co, ut sunt montes, & data cavitate fontem effi-  
 ciunt.

ciunt. Alii denique putant fontium aquam partim a mari vel subteraneis aquis, partim a pluviosis & rore terram humectantibus oriri. Vid. WARENH Geograph. Gener. pag. 266. pag. 267. & seq. ut aliorum prætereamus sententias. Quænam adlatarum sententiarum sit veritati conveniens, aliorum relinquimus decisioni, quum res hæc, præterquam, quod vires nostras multis superet parasangis, ad propositum nostrum non ita pertineat. Sufficit tantum dixisse, omnes fere Philosophos quamvis alioquin mirum quantum a se invicem dissident in re præsenti decidenda, in eo tamen convenire, quod montes sunt causa primariæ, cur aqua profluat & erumpat e terra ad necessitatem ventium sublevandam.

## §. VI.

**I**N memoriam porro vel verbo revocandum est id, quod *alce & montana* loca præter jucunditatem sint saluberrima, quoniam aër ibi adeo est subtilis, & non, vel solum minime peregrinis commixtus particulis, quam obrem etiam homines locis illis versantes, sunt adeo fortes, prospere que prædicti valetudine, ut omnes fere ad altam perveniant ætatem; quum econtrario illi, qui in vallibus & locis humidis degunt vitam, sunt variis morbis implicati, quod non mirum, quoniam perpetuo quasi imbibunt aërem venenosis particulis abundantem. Bene hac de re iterum URBAN HIERNE 2. flock. pag. 191. quando dicit. „Luften är upp i bergs- högdarna och fjäl- ryggen mycket finare och hälsosammare, watnet klarare, lättare, ljusligare och naturen angenämare. Hvad Helmont om den hälsosamma luften, som han i Alpe- bergen föruinmit, då han mychter om morgon därreste. (Vide. §. Mons Domini) kan jag af förfarenheten betyga, som, då jag färdades öfver de Norrasta vid Kutes fjällen

I fjället och Wigelen, befant lusten så lätt, angenämt och behagelig för bröster, det mig så wederöbeckte, at jag aldrig kan det utlämja. Et alterius. Folket, som boo up i bergen åro mycket starkare, duraetigare och hälsosammare än de andra, som boo i slättmarken och dälder, lefwa längre, och veta mindre af kvarskligheter eller siuckdomar, det wi see på dem, som boo i Öster och Westerdalarna, samt de orter der omkring Gernan och Härjedalen. Insignis itaque est *montium* etiam in hoc momento utilitas. Dic sodes, quid diuitiarum cumulatio, quid honorum gradus, quid poteritudo & formæ dignitas, quid denique omnia quæcunque inveniri possunt respectu sanitatis sunt? certe hibiles nonne experientia viventium testatur omnium, quod omnia quida quid habent, pro sanitate relinquunt sua. Felices ergo sunt illi, quibus aditus non præcluditur vivendi in eiusmodi jucundissimis & saluberrimis locis, ut montana sunt.

**A**Tque sic a nobis jam adumbrata est utilitas *montium*, tam in Oeconomia publica, quam privata. Fatemur hæc ipsa respectu discendorum admodum pauca minusque polita esse, nihil tamen mihi talia, quæ unicuique præbent occasionem cogitandi hos esse clarissima DIVINÆ Sapientiae & bonitatis documenta. Novimus quidem adhuc permulta magni poteris esse, quæ prolixiorē promerentur perillustrationem: utpote pascua illa optima, quæ in cæcuminiis *montium* inveniuntur, nec non stagna perplurima paludesque magnæ pisciumque plena, ex quibus incalæ magnam capiunt utilitatem. Juga *montium* minorum, quæ sepe maxime idonea præbent loca ad extruendas arcas, molas alatas, & sic dictas turres campanrum. Montes altiores juxta mare sitū, qui signa sunt navi gaudiis optima: ibi etiam commodissime tempore belli publici agnes accenduntur ad-

verendum

ventum hostiom indicantes. Caveroe monstrosorum quibusdam  
familias saepe loca habitationis subministrant. Bellona furen-  
te mortales non solum bona absconde res sua, in qua venientem  
jusmodi, verum etiam ipsi fugam illuc capessere possunt.  
quamvis pariter nationem est innullarum mortuorum se-  
pelire in antis montium non locis compluribus optimae cel-  
hae in montibus sunt incolae: Naturam formasse elegantissimas  
cameras in montibus, historie testantur. Aquam ex altis  
montibus profluentem malefacilius circumferre omnis gen-  
teris molas, ignotum est nominare. Dico yndus ut in montibus alias  
immaculioribus mundis partibus semper nive glacieque leges  
quae inde colliguntur ab incolis circumiacentibus, & maxi-  
mo usurpantur secundo in omnibus potuum generibus re-  
segerandis. Invenimus interdum in montibus ante elaborata  
prudentissima navalia (sive decora) proximis reficiendis;  
quater Gallici Coronae conspicitur omnia talium in rotundis  
superans. Separant etiam montes interdum regiones atque  
Regna & sunt inter illa saepe fortissima munimenta. e. g.  
Alpes; montes Pyrenaei, Portae Caspiae, ut plures alias  
utilitates montium insignes silentio prætereamus, Vid. DERFI,  
Phyl. Theol. pag. 110. HIERNE. Bock. pag. 197. Sed præ-  
terquam, quod arctissimæ chartulæ hujus angustiæ, tantæ  
non ceperint divicias, gravissimæ aliae adserunt rationes, quæ  
brevitatem nobis imponunt; adlati igitur quantumvis pauci-  
cissimis minusque concinnatius flum abrumpimus, & DEUM  
TER OPTIMUM MAXIMUM, cui in montibus ror &  
tantis sapientia, potentia, atque bonitatis suæ plane stu-  
pendæ deponere placuit thesauros, immortalibus extal-  
limus laudibus quoad ultimus vita nostra manus  
et nos estinctoribus ob imponeatur. Finis, etiam bello  
qui: amissione ludibriis anglo iap. finit. Etiam tunc etiam  
debet remanere. \*\*\* \* \*\*\* \* \*\*\* \* \*\*\* \* \*\*\* \* \*\*\* \* \*\*\* \* \*\*\*